

supra d. controuers. i. super quast. 70. D. Thom. art. 1. col. 1629. in princ.

11 Quod si iterum infes dicendo, quod vbi accusatio non est iusta in foro exteriori iudex iuste non interrogat testem: ergo ei tunc non tenetur respondere, sed quando delictum non potest probari, nisi per vnum testem, quia ille tantum testis, nisi per vnum testem, accusatio non videtur iusta: quia non est probabilis eo modo, quo sufficit ad condemnationem, cum ad minus requirantur duo testes ad condemnandum, iuxta illud Euangelij, in ore duorum, vel trium stat omne verbum, et tranlumprine, in cap. nouit, de iudic. idque omni iure est proculdubio, præcipue: quia accusatores in accusatione se offerunt ad iudicem probandum, quod adimpleri non potest, quando vnus testis tantum vidit committi delictum: non igitur est iusta accusatio, nec iudicis interrogatio testi facta: ergo non est vera præcedens proxima deductio Soti, prout re vera non desunt, qui hoc autem sentientes contrarium verius esse. Quod ego probabile quoque iudico, & securius, licet opinione Soti, de qua agimus probabilior rem esse existimem.

Qua retenta, non obstat ista vltima replicat quia licet vnus testis de visu non sufficiat ad condemnationem, sufficit tamen ad torquendum, & erundam veritatem per torturam, modo sit omni exceptione maior. Probabilis ergo, ac iusta est accusatio in hac specie in eum sensum, vt vnico huiusmodi teste possit poni ad torturam, & si confessus fuerit condemnari debet: ergo in ordine, & via ad torturam dici non potest huiusmodi accusatio iniusta in foro exteriori, alias enim compelleremur dicere sublatam esse totam materiam tormentorum, cum tamen ipsa iustissima sit, & necessaria in Republica (seruatis seruandis) pro erunda veritate, & punitione criminum iusta: alias enim tota flagraret criminibus, & nemo in hoc mundo tutus vivere posset. Denique raro, aut nunquam contingit esse tantum vnicum testem de visu, quin etiam ad sint alia indicia, quibus magis probari, ac iustificari possit accusatio.

Resoluo igitur ex supradictis, probabilior em videri opinionem Soti, maxime concurrentibus aliquibus indicis.

12 Quod si duo aut plures testes viderint committi delictum in damnum tertij, qui de eo accusat eum, proculdubio tunc iusta erit accusatio, & ideo iudex iusto tunc interrogat testes illos, ipsique tenentur respondere, & veritatem aperire, cum omnino non sit secretum: quia per sufficientes testes potest probari, vt inquit S. Thom. communiter receptus supra relatus.

13 Obserua igitur sufficere posse crimen probari per sufficientes testes, quando proceditur per via accusationis, & sic aptitudo: ideoque non excusabitur, primus testis à iudice interrogatus ab aperienda veritate hac in specie, si dixerit nolum alium hoc deposuisse in iudicio, cum sufficiat posse probari per sufficientes testes, licet non sint examinati, nec vllus eorum. Et multo minus excusabitur secundus, cum iam primus de delicto deposuerit, & sic sit semiplena probatio: diuersa igitur causa est in hoc inter eum ipsum principalem, & testem, vt vidimus.

14 Dubium tamen in proposito est commune, atque scitu dignissimum an testis contra ius interrogatus licite possit respondere iudici se factum nescire. Haec quaestionem, vt grauissimam late

examinat Magister Aragon de iustitia, & iure, quastion. 70. artic. 1. pag. 518. colum. 2. ad fin. versic. 1. conclusio ibi, sed dubitatur, & columnis sequentibus, vbi eam resolut dubas conclusionibus. Prima est, quod ad interrogandum secretum confessionis licitum est, vbi que sacerdoti dicere, se illud nescire de qua re ibi late agit. Secunda conclusio est: testis qui præter ius de occulto crimine interrogatur, nec se potest defendere, tacendo, vel alia conuenienti via: simpliciter potest respondere se nescire, quam conclusionem late ibi probat cum Adriano, quodlibet. 11. & Syluestro, versic. mendacium §. 6. & multis aliis, dicens eam se non tam competentem habere, nec tam certam haberi vult, quam primam; licet non ignoret grauissimos Doctores, incunctanter affirmantes fas esse Sacerdoti dicere nescio, quamuis dubitent de aliis secretis secularibus nosque idem affirmamus, quod Aragon, vt dicemus infra quast. sequent. sed si iudex iniquissimus homo testem interroget hoc modo, dic mihi, quid scis de hac re, quantumcumque sis secretum, nec reuelari iure possit, respondetur adhuc esse valde probabile, quod potest dicere nescio, vel quia tunc forte ea responsio sollicit nescio, non caret mendacio, solum esset oburgandus interrogans tanquam indignus, cui responsum reddatur, secundum Aragon, vbi sup. pag. 511. col. 2. in fin. in vers. sed est dubium, & in princ. columnis seqq.

15 Illud præterea erit obseruandum, quod cum crimen est in fieri, aut instat vel vergit in damnum notabile Reipublicæ, vel proximi, tenetur quis testificari, etiam si non interrogatur iudicem: quia in his casibus, quisque debet accusare, vel denunciare, vt probat Ludou. Carb. de restit. quast. 5. i. in versic. 1. regula. quod procedit etiam si homini sub secreto commissum fuerit, in his enim, quæ pertinent ad correctionem multitudinis spirituales, vel corporalem, vel in graue damnum alicuius personæ, vel si quid aliud est huiusmodi, quod quis propalare tenetur, vel testificando, vel denunciando, tunc tenetur quis statim cum ad suam notitiam peruenierit manifestare, nec potest contra hoc debitu obligari per secretum commissum: quia in hoc frangeretur fides, quam alteri debet: scus in his quæ quis prode non tenetur: quia tunc potest obligari ex hoc, quod sub secreto sibi committitur, & nullo modo tenetur ea prodere, etiam ex præcepto superioris: quia seruare fidem est de iure naturali, & nihil potest præcipi homini contra id, quod est de iure naturali, ita D. Thom. communiter receptus 2. 1. quast. 70. art. 1. ad secundum, vt alios allegando resoluimus lib. 1. Canon. quast. cap. 11. num. 47. cum imo in hoc vltimo casu, non solum quis non tenetur, sed neque potest reuelare sibi commissum sub secreto, quando non sunt in alicuius damnum, vt probat Salon vbi sup. q. 70. art. 1. col. 1625.

16 Secreta verò commissa in confessione vere Sacramentali, quæcumque illa sint nullo modo sunt manifestanda, etiam si in damnum totius mundi vergerent secundum D. Thom. vbi sup. quastion. 70. art. 1. ad secundum, in princ. & in 4. distict. 2. 1. quast. 3. art. 1. quæstionula secunda, ad secundum Paludan. in 4. distict. 29. quast. 1. Scotus eadem distict. quast. 2. littera. E. Grandens. quodlib. 9. D. Antonin. 2. part. titu. 1. cap. 19. §. 7. Sor. de legend. secret. numer. 1. quast. 2. Syluest. Caiet. Victor & omnes discipuli D. Thom. Nau. plures referens in 6. inter verba concl. 6. num. 300. diximus,

diximus vbi supra num. 46. & probat nouissime dicens, quod in hoc omnes conueniunt Salon vbi supra col. 1625. versic. ex hac. §. Addens columnis sequentibus, ex Innoc. Panorm. & aliis quod quando accedit aliquis non ad confitendum sua delicta, sed ad reuelanda aliqua secreta, etiam si flectat genua, & præmitrat signum crucis, ac confessionem generalem, non est tunc confessio Sacramentalis, nec obligat, nisi sub ratione secreti naturalis.

17 Illud denique in proposito nostræ quaestionis principalis maioræ habet difficultatem, est, an factis sit, quod infamia de qua supra sit de facto, vel potius etiam requiratur, quod sit de persona? Verbi gratia, inuenitur corpus hominis occisi, nec aliqua persona in particulari notata est infamia, quod illud occiderit, virum sit licitum iudici per viciniam disquirere, quis illius fuerit interfector, qua in re omittis diuersis authorum sententiis atque opinionibus, quas refert Magist. Aragon de iust. & iure, quast. 69. art. 1. & 2. pag. 497. cum sequentibus: verior, & probabilior, atque tenenda tenentia est, quod in præmissa specie criminis publici, atque manifesti de cuius facto, & corpore notorie, & vere constat, licitum est iudici inquirere, imo tenetur id facere respectu certæ personæ, in generali tamen interrogando, quis crimen commiserit, non autem in speciali an hic, vel ille, nec poterit iudex facere inquisitionem interrogando indistincte quoscumque voluerit, sed tantum illos de quibus potest esse aliqua probabilis opinio, quod poterunt aliquid scire: vt si homo sit interfectus in aliquo itinere poterit interrogare quoscumque, qui illic transierint, tenebunturque tunc testes, quæcumque sciuerint patefacere; nam cum iudex legitime eos tunc interroget, propter bonum commune consuetudinem, propter bonum erunt etiam ipsi adstricti dicere veritatem, quamuis aliàs, crimine occulto manente, malefactorem nec accusare, nec manifestare tenerentur: facta autem huiusmodi generali inquisitione: si ex ea indicia aliqua, vel semiplena probatio, aut infamia contra aliquem in particulari resoluatur, vel ostentur, tunc poterit contra eum particulariter procedi, & inquisitio fieri iuxta à nobis resoluta supra, quast. 1. & præterea probatur modo hac nostra sententia, quæ profecta, & aliorum est, ex l. 2. tit. 17. part. 3. & clarius in l. 3. eiusdem titu. ibi. Si fuisse vn hombre muerte, y no supiesen quien le matara, quier sea hecho de dia, quier de noche, por que vniene muchos males dello, y grandes daños, denen ser las personas pesquidadas, solo que no sea de algunas personas ciertas, ea estonce non si podria, facer &c. hoc titu. lib. 8. nou. collect. reg. ibi. Si la tal cosa fuere fecha, quier en villa, quier en yermo y ninguno pidiere quevella al Alcalde, el Alcalde de su officio, sepa la verdad per pesquida, o por donde mejor pudiere, por que raçon es que los males, y desaguilados, y malefactores no queden sin pena, quibus & aliis rationibus, hanc sententiam post alios, quos citat locus probat & tenet Aragon, vbi supra pag. 498. col. 1. vers. 4. sententia cum seqq.

S V M M A R I V M.

1 Reus, vel testis contra iuris ordinem interrogatus, & tractus præcipue respondere, an possit Praxis Criminalis.

- directe negare veritatem? & num. seqq.
- 6 Reus, vel testis inique interrogatus, si extra iuramentum neget veritatem cum aliquo mendacio, peccat tantum venialiter.
- 7 Reus tunc demum tenetur iudici iuridice interrogatus respondere veritatem, cum certior factus est, iure interrogare ipsum iudicem.
- 8 Iacturam vita, & honorum non tenetur quis facere, donec aliud sibi innotuerit, maxime in grauioribus, &c. vt hic.
- 9 Reo danda est copia iudiciorum, & semiplena probatio, ad hoc vt veritatem propalare tentatur, sed num. 10. quod contrarium seruatur consuetudo, iudiciumque auctoris infirmatur hoc dicta, num. 10.

Reus vel testis contra iuris ordinem interrogatus, coactus præcipue respondere, an possit directe negare veritatem?

Q U A E S T I O X I.

1 V A R O de dubio sepe in praxi contingente: quid miser reus sit facturus, quando iuris ordine non seruato interrogatus à iudice, qui ita cum, vel testem premit, vt nulla admitta euasione respondeat, an delictum illud commiserit, vel viderit perpetrari, an tunc possit respondere reus simpliciter non feci, & testes non vidi, vel nescio, quis illud perpetraverit? Et quamuis de teste iam supra quaestione proxima differimus, nonnulla hic etiam de eo dicemus, quia DD. de reo agentes, de teste quoque loquuntur.

2 Et in hac re Adian. in 4. sententia, in quastion. de sigill. confess. tenet quod reus contra ius interrogatus potest etiam iuratus respondere, non solum nihil de ea re nouisse, verum interrogatus fecerit potest (inquit) secundum DD. respondere, non feci, habendo intentionem non feci crimen quod possit à me iudice inquirere: sic Caiet. in opuscul. 16. responsione 5. ait inquitum præter ius de oculis complicibus, respondere posse, non habere complices: ergo & de se quoque iniuste interrogatus respondere potest, non feci.

Superuenit Dominicus à Soto, vir quidem religiosissimus, & magnus Theologus, qui in lib. 5. de iustitia & iure, quast. 6. art. in versic. utamen, vsque in fin. latissime indubius probat contrarium, & sic non licere dicere tunc reum se non fecisse, cum tegeta fecerit, nec testem non vidi, cum viderit: nullumque esse in hac specie remedium, sed miseris esse mortem, velur martyres perpeti, antequam ius naturale, & diuinum mentiendo transgrediantur. Et inquit nescire, qui sint illi omnes Doctores, quos Adrian. asserit contrarium tenere, quia ipse neminem vidit præter Caiet. vbi supra. Et Soti opinionem sequitur Gines Sepulued. in opusculo de ration. reddend. testimon. & hanc sententiam vt veritatem in reo non legitime interrogato (licet opinio Caiet. sua non careat probabilitate) probat & tenet, atque ita inquit Aragon, de iustitia & iure, quast. 69. art. 2. ad fin. & quast. 70. art. 1. pag. 521. col. 2. ad fin. & col. sequenti, vbi in teste aliud dicit, nempe, adhuc esse valde probabile quod in præmissa specie possit dicere nescio, quamuis tunc ea responsio non careat mendacio: D atque

aque ideo solum esse obiurgandum interrogan- tem, tamquam indignum cui responsum reddatur, vt retulimus supra in questione proxime pre- cedenti.

4 Qui tenendum? Profecto prior sententia Adria- ni probabilis est, atque teneri potest, eamque la- tissime comprobatur Salon de iustitia & iure in 2. 2. Dñi Thom. quast. 69. art. 2. controuers. 1. in c. in- cip. Magister Soto, in versiculo oppositum docet Adrian. col. 1573. cum sequentibus, allegans alios eam tenentes. Et inquit, se nescire qua ratione dicat Soto neminem vidisse in hac sententia, cum opinionem ipsius nemo sequatur praterquam Gines Sepulued. vbi supra, & opinionem Adrian. sequantur Soto, Caiet. Anton. à Cordub. & Nau. in locis de quibus ibi per eum, & omnes fere re- centiores, vt ipse inquit. Fateretur tamen opinio- nem præmissam Caiet. non esse vsquequaque certam, quin ad maiorem securitatem animæ sit optimum de tali negatione consistere. Et opinio- nem Caiet. probat etiam Ludouicus Car- bo, de restitutione, 9. 5. 1. versic. nec etiam, & est rece- pta secundum Emanuel Rodriguez in sua Summa de casus de concientia, cap. 11. del. orden indicial. con- clusione 4.

5 Non enim mentiri videtur tunc reus, vel testis iniuste pressus, quoniam responso in iudicio non debet scelle secundum iniquam mentem iudicis, sed ad sensum, quem iuridice nata est habere in- terrogatio illius, qui est, an commiserit crimen, quod iuridice, inquit possit: ergo responso rei, vel testis sumi debet ibi eodem sensu, scilicet, non feci, aut non vidi crimen, quod in legitime in- quirere possis, & ego veniar tibi manifestare. In hoc ergo sensu huiusmodi responso est ve- ra, & fundamentis Soti respondet Salon vbi supra.

6 Illud tamen certum est apud omnes, tam reum, quam testem inique interrogatum, si extra iura- mentum negent veritatem cum aliquo menda- cium, peccare tantum venialiter, quia illud men- dacium non est contra ius, vel iudicium etiam si in re graui, cum iudex contra ius procedat. Neque est nocuum, sed officiosum tantum, sicut cum adultera interrogata à viro an commiserit adulterium (citra iuramentum) negat, mendacium illud veniale tantum est, quia est officiosum & mari- us non est eius iudex, ita Salon vbi supra col. 1569. in versic. denique.

7 Omnia supradicta in questionibus circa obli- gationem rei manifestandi veritatem, quoties à iudice iuridice procedente interrogatur, proce- dunt quotiescumque reus certior factus est, iudi- cem ipsum iure eum interrogare: non enim com- pellendus statim videtur eam manifestare, sed 8 quousque illi constet iuridice interrogari. ¶ E- nim, qui bona sua, honorem, & vitam iure possi- det, quousque aliud sibi innouerit, quod debeat illorum iacturam facere, non adstringitur illa di- mittere, aliàs prodigus eorum esset, maxime in grauioribus: sed in his potissimum, quæ vitam in discrimen obiciunt: nam in leuioribus debet subditus fidem Prælo adhibere, illi tamen pro- fus, quem probum nouit & scientiæ peritum, ita Dominicus à Soto, d. quast. 6. art. 2. in versic. ex his autem lib. 6. de iustitia & iure, & de ration. regend. secret. membro, 2. quast. 7. conclusione 3. id- que latissime pluribus allegatis probatur Salon de iustitia & iure, in 2. 2. D. Thom. quast. 69. art. 2. con- trou. 7. siue iudex procedat per viam accusationis siue inquisitionis generalis, vel specialis, & Ludouic. Carb. quast. 5. versic. postremo, & Ludouic. de

Veja, d. casu 32. versic. tertium, Bernard. Diaz, me- mer. 4. & super eum Salced. in addit ad eundem, in practic. crimin. Canonica, cap. 116. in versic. illud vero scire oportet, sequitur practic. Papiensi. in for- ma inquisit. verbo, fama publica, num. 8. dicens male hoc in practica seruari, & late agens pro, & contra Anton. de Cordub. lib. 1. quast. 47. per totam.

Danda igitur est reo copia indiciorum & fem- plenæ probationis, vt inde veritatem palpatate adstringatur, aliàs enim regulariter non tenetur veram dicere, vt ex communi Doctorum sen- tentia, quos citat proferetur D. Segur. Auslos in suo direct. iudic. Ecclesiast. cap. 14. num. 30. qui nu- mer. 3. 1. credit omnes vtiuque fori iudices in hoc citare, quia nunquam indiciorum copiam delin- quentibus decernere solent, ante eorum confes- sionem recipiendam & num. 31. inquit, quod vt reus constituatur in mala fide ad veritatem iudici propalam putaret ipse, quod iudex verbaliter illi dicat delictum esse notorium, aut semiple- probatum, nisi indiciorum copia ipsi reo, eiusque aduocato decernatur: verbo namque iudicis non statur, nisi quatenus legitimis documentis probauerit, & quoniam contra falsam in fin. de probatio- nibus.

Sed quidquid sit de iure, consuetudo tamen seruat rotum oppositum, quod, scilicet, reus inter- rogetur & examinatur ante datas defensiones, & copiam indiciorum, & ita quotidie practici dic- cit Foller. in pract. crimin. Canonica, fol. 165. num. 9. Practic. Conrad. fol. 255. in 6. limitatione, hunc etiam dicit esse receptum slylum, vltum, & con- suetudinem practice. Iadoc. fol. 24. num. 18. vt re- fert Iul. Clar. lib. 5. §. fin. practic. crimin. quast. 45. versic. sed quid scirem, addens quod, stante hac generali consuetudine, malefaceret iudex, qui aliter obseruaret in practica. Quæ praxis commu- nis est in hoc Regno, vt semper videri obseruari, & ita affirmant, lib. 1. Canonie. questionum cap. 11. me- mer. 43. quæ forensis consuetudo & si dutilissima videatur Anton. de Cordub. vbi supra, iuari po- test apud nos Hispanos ex l. 4. tit. 29. p. 6. vbi eam ad hoc expendit Gregor. Lopez in glo. magna in final. verbis dicens, subdubio tamen, for- te quod stante illa Regia constitutione iudex iuste interrogare potest, non data reo inquisitio- nis copia, quem refert, & sequitur Salced. ad Bern- ard. vbi supra littera C. vbi tamen inquit quod sibi semper placuit ea forensis practica, quæ Ec- clesiastici & seculares iudices Deum timentes vt solent, vt ante confessionem receptam minime præcipiant informationem receptæ copiam dari, sed tantum tabellioni, vel notario præcipiunt, quod testium depositiones absque eorum nomi- nibus coram reo legant, vt inde contemptum habeat, quod contra ipsum probatum sit, & verita- tem fateatur.

Ego laudo hanc postremam practicam si ita se habet, ipsam vero nunquam videri seruari, sed quam prædixi: existimo tamen, quod etiam hac ex parte, si reus antequam respondeat postulaue- rit, copiam prædictam, debeat sibi dari, vel legi dicta testium, ad hoc vt sibi constet an iuridice procedatur contra se, ita vt veritatem fateri ne- queat. Quod si id à iudice denegatur, non quidem tenebitur respondere, nec ad id compellen- dus erit à iudice, quia nõ iuste procedit. Et in hac specie & sensu intelligi possunt DD. tenentes de iure partem affirmatiuam, nempe, quod reo de- beat dari copia indiciorum, vel cæterorum ad hoc vt ipse respondere teneatur, scilicet, hoc reo

reo postulante, aliàs secus, & ita precedit opinio negatiua contraria, & praxis communis, scilicet, reo non postulante prædictam copiam. Reus namque prædictam copiam non petendo videtur iuri suo cedere, & per consequens nisi eam petat iudici iuridice procedenti, atque interroganti (provt in dubio præsumitur, nisi aliud constet, vel copia petatur) tenebitur respondere, atque verita- tem fateri. His adde, quæ circa eundem articulum prædiximus supra questione precedenti ab hinc 2. ad finem.

S V M M A R I V M.

1 Confessarius an debeat absoluerè reum, qui in iudicio iuridice interrogatus crimen negat, nec ne? quousque veritatem aperiat, & num. seqq.

An Confessarius debeat absoluerè reum, qui in iudicio iuridice interrogatus cri- men negauit, vel ne.

Q V A S T I O XII.

1 VERO non abs te in proposito, quid fa- cere debeat Confessarius cum reus captus sibi sacramentaliter confiterur, se commississe crimen illud, quod in iudicio iudici com- petenti iuridice procedenti & interroganti negat, an debeat eum absoluerè nec ne, quousque veritatem aperiat? Videtur namque huiusmodi Confessarium in agone constitutum esse, & an- xium nimis. Pro parte namque affirmatiua in- stabit liberatio hominis, atque ipsius defensio & conseruatio, quæ naturali æquitati innititur, ma- ximè tenendo opinionem fauorabilem reo quon- dammodo Modeorum, de qua sup. in q. 9. n. 8. per- mittentem in criminalibus in quibus pena cor- poralis, vel magni honoris timetur, vel speta- tur, verbis amphibologicis veritatem contexere, atque occultare, etiam si iudex legitime procedat, nam hinc facile Confessarius adducetur, si opus fuerit, & aliter euadere manus iudicis reus non possit, reum absoluerè, qui verum crimen negauit. Denique & secundo, quia si reum huiusmodi non absoluat nisi veritatem fa- teatur, timebit periculum irregularitatis incur- rendæ, si ob id capite, vel membri mutilatione reus veniat plectendus: ergo cum absoluerè putabit.

2 Pro parte vero negatiua vigeat, quod nullus in peccato perseverans est absoluerè sacra- mentaliter, sed legitime interrogatus non res- pondens iuxta formam interrogationis, & men- tem interrogantis peccat mortaliter, quia tunc pertinet ad gloriam Dei veritatem detegere, vt cum Sancto Thomas, & communi & recentissi- ma, atque tenenda sententia resoluimus in d. questione precedente, & persistit in illo peccato, cum non habeat propositum dicendi veritatem: igitur non potest absolui, & si absoluat committitur sacrilegium, quia impertitur Sacramen- tum impuniti, critique nulla absolutio, quia datur venia non merenti, c. peccati venia, de reg. iur. in 6. & in c. legatur, 24. q. 2. cum similibus. Præterea considerabit Confessarius, quod reus Praxis Criminalis.

condemnabitur conuictus, & non confessus, & quod sic irrogat grauem iniuriam iudici, cui non reddidit ius suum fatendo veritatem: quam iniuriam cum possit & debeat, dum est in iudicio refatere, nisi illam refatciat manet in mortali, & non meretur absolutionem. Infamam etiam reus iniuste negando veritatem, iudicem, & tes- tes, præbens occasionem populo se commouendi, & scandalizandi, vtpote credenti à iudice reum iniuste occidi, & testes falsum dixisse, qui- bus non satisfacit per supplicium, sed consen- do manifestè crimen suum, cum iuste, & iuridice interrogatus fuerit: licet enim probatio per testes sufficiat ad condemnationem vt per Anton. Gomez de delictis 3. tom. cap. 12. num. 9. & pro iudice semper præsumitur quod præcedentibus legiti- mis probationibus reum condemnauerit: negari tamen videtur non posse, quia adhuc iniuria fiat iudici interroganti, ex eo quia reus con- fessus & conuictus iustius condemnatur, nec auditur appellans, l. 2. C. quor. appellat. non recip. Iulius Clarus in pract. crim. q. 91. in princip. Ecce maxima anxietas, & conturbatio animi Con- fessarii.

Nihilominus tamen Confessarius sit vt pre- dens, fortis, & constans, vt animam illam Deo lucretur, nullatenus absoluerè reum in Sacra- mento Penitentiae, quin veritatem in iudicio declarare promittat, etiam illam qua in mortem adigitur: si sibi certo constet iuridice & legiti- me fuisse de ea à iudice competente interroga- tum, hoc est, præcedente vno ex tribus requisitis ad id necessariis, de quibus in questionibus præ- cedentibus.

Debet tamen Confessarius considerata matu- ritate tunc vt, ne calamitosum morti temere ad- dicat, sciens in re dubia propendendum esse potius in fauorem rei, & ideo nisi meritis cla- rius lex illos cogat, non sunt miseri rei cogendi maxime in causa capitali, aut honoris, aut fa- mæ, dum ex altera parte non agitur de tanto pe- riculo alterius tertie persone, sed debet prius rimari an iudex legitimus sit, an reus sit aliquo privilegio exemptus, puta quia clericus, an de- nique plene constet cuncta legis merita fuisse seruata. Ea præterea debet esse Confessarius pruden- tia præditus, vt, si reus nolit eius auscultare sententiam, dissimulatissime is ipsi extra confes- sionem celatam rem seruet: solent namque sapè iudices de Confessarij facie, & vultu delictum ex- piscari. Quocirca Confessarius partim à reo, partim ab aduocato (si fieri potest) qui totius proces- sus est conscius, diligenter inquirat, sit ne ali- quis defectus in illo processu, aut circa authori- tatem iudicis, aut circa dicta testium, aut alias probationes, aut circa ordinem iuris. Et propo- sita tanta grauitate rei, quanta est imminere illi reo, vel mortem corporis, si confiteatur, vel anima si neget, quod debet fateri, confiteatur aduocatum & reum, vt ipsi vere & aperte, quæ ex processu constent aperiant: & videant an aliqua via secundum ius reus ille possit liberari, vel non, respondendo, vel per appellationem, vel per aliquam obiectionem testium accusatoris, vel probationum, vel quid simile. Quod si omnibus explanatis, quæ in illo processu exi- stant, omnibusque tentatis videat Confessarius, nullam esse viam, qua turâ conscientia possit reus ille non respondere, sed esse periculum & eui- dens ac luce meridiana clarius iudicem iuste pro- cedere, nec crimen esse occultum, sed ex illis, quæ tenetur reus manifestare, tunc nob absoluat,

nisi manifestet, quia non manifestando manet in suo peccato, & ideo non absolvendus, vt est probatum, ita tenet Soto, d. lib. 5. de iustitia & iure, q. 6. art. 2. in vers. ex his autem ibi, quo circa reus: & de ratione regend. secret. memb. 2. q. 7. & Nauar. in man. c. 25. num. 36.

6 Quod si aliqua fuerit prudens, & iusta causa ad dubitandum, an index inde procedat, tunc inclinet in fauorem rei, & absoluat illum etiam si non manifestet, ita probat Salon vbi supra, q. 69. artic. 2. col. 1564. qui necessario sunt intelligendi in reo capto loqui durante processu, & iudicio ante sententiam, ita vt neque per sententiam iudicis, neque per fugam, nec alia via sit liberatus, vt expressè hoc probat & declarat Salon vbi supra, col. 1563. circa fin. cum sequenti, & simpliciter loquentes, idem probant Ludouic. Carb. d. quest. 51. in versicul. postremo in fin. & Veja d. casu 31. in vers. hic sic declaratus, 1 part. col. 51. & 3. part. casu 17. fol. 311. cum sequentibus, & Salced. ad Bernard. Diaz in pract. crimin. c. 126. versiculo secundo, probat Salon vbi supra, col. 1565. in versiculo, ex his in teste durante iudicio, cum constet in hoc casu iudicem iuste procedere, & crimen non esse occultum: tenetur namque ad veritatem dicendam, etiam cum periculo vite illius rei.

7 Si vero iam reus ex legitimis probationibus damnatus sit, quantum ipse legi iure interrogatus delictum negauerit, & in hoc peccauerit mortaliter, tamen dum damnatus ad supplicium ducitur, non tenetur amplius verum fateri, quia confessio factam nullus erit momenti, siquidem fuit conuictus, & iure permittente condemnatus fuit, nisi notabile aliquod damnum inde alicui probabiliter sequeretur, cum ad eius animam salutem sufficiat tunc legitima confessio cum absolutione Sacramentali, ita & rectè tenet Nauar. vbi supra, d. c. 15. n. 38. cuius sententiam sequitur & probat eum defendens ab errore, & contradictione eorum, quæ dixerat num. 36. Ioan. Segur. Davalos in suo instruct. iudic. Ecclesiast. 2. part. c. 14. n. 36. & Ignat. Salced. in addit. ad Bernard. Diaz de Lugo in pract. crimin. Canonica, c. 126. versiculo tertio, & Emanuel Rodrig. in sua Summa de casus de conscientia, c. 10. del. orden judicial, n. 2. aduersus Barthol. à Medina in sua Summa in pract. confes. c. 14. num. 35. & Anton. à Cordub. in suo questionar. q. 64. aliud sentent. Quorum sententia fortè procedere possent, quando reus iniuste fuit condemnatus, nempe absque legitimis probationibus: tunc namque merito exigi videtur confessio veritatis rei legitime interrogati per supradicta, secus verò si legitime condemnatus fuerit, vt probauimus cum Nauar. d. num. 38. Ignat. Salced. Segura, & Emanuel Rodrig. vbi supra: quia vt praxis quotidiana docet, ferè omnes quotquot deliquerunt conuicti potius quam confessi passim condemnantur, nec iudici ob id iniuria aliqua irrogatur, ita Segura vbi supra, num. 38. ad fin.

Modo non obstant supra considerata in fauorem absolutionis in priori casu, scilicet, ante sententiam: quia ipsa non sunt vera nec iuridica, vt supra in questione precedenti ostendimus, nec tunc Confessarius negando absolutionem irregularitatis periculum timere debet, quia per hoc non datur causa propinqua deformationis. Dicitur enim ea in proposito dictum vel factum licitum, directum sufficienter in deformationem inde sequuntur, ita vt ex natura sua, vel ex intentione operantis non generali, sed specialiter in deforma-

tionem tendat, vt latè vltra alios explicat Nauar. in Manual. cap. 27. num. 211. & inter hoc applicat Ludouic. Veja vbi supra, in vers. nec Confessor, d. casu 32.

Si vero reus iam euasit iudicium, vel per fugam, vel quia superauit tormentis, & mentitus est iudici, & sic ab eo est absolutus & dimissus, tunc potest absolui à Confessario imposita ei pro illo mendacio penitentia saluati: nec est obligandus adire ad iudicem & manifestare illi veritatem, quia iam est extra potestatem iudicis, vt bene probat Salon vbi supra in vltima conclusione, col. 1565. Veja vbi supra.

S V M M A R I V M.

1 Reus diffamatus de vno crimine, an possit de aliis occultis interrogari? & num. sequentibus.

An reus diffamatus de vno crimine, possit de aliis occultis interrogari.

Q V Æ S T I O XIII.

V E R O an reus diffamatus de vno crimine possit de aliis occultis interrogari? Et posse affirmat Petrus de Palude in 4. dist. 19. q. 4. Ratio enim, ob quam non licet de abditis iudicare, non sumitur ex eo, quod peccatum sit occultum, sed inde quod fecerit sit peccator, qui ideo per vnius delicti confessionem detectus, interrogari deinceps potest, ac debet qualia commiserit: quam opinionem sequitur Syluest. in Summa, verbo, Inquisitio, l. 9. 3. disto 4. & Anton. 2. p. tit. 9. c. 7. l. 5.

Sed contrarium regulariter est tenendum, atque in praxi obseruandum: nam vt etiam in superioribus questionibus iure probauimus vtriusque infamia requiritur, ex qua ius inquirendi nascitur, & delicti & delinquentis. Potest enim quis adulterij infamia obsecrari, qui tamen circa fartum, aliaque scelerum genera serenum habeat nomen, ita tenet D. Thom. 2. 2. quest. 70. artic. 1. & sequuntur Adrian. quodlib. 11. & Caietan. 2. 2. quest. 69. art. 2. Dominic. à Sot. lib. 5. de iustitia & iure, quest. 6. art. 2. in vers. noscitur autem, & de ratione regend. & detegendi secret. memb. 2. quest. 6. art. 2. idem probat Nauar. lib. 2. de restitutione, cap. 4. num. 171. & Emanuel Rodrig. in sua Summa, cap. 10. del. orden judicial, num. 5. est communis, vt latissimè cum Mascard. & aliis probat Farinac. in suis questionibus criminal. 1. p. quest. 43. num. 3. vbi numeris sequentibus latè eam ampliat & limitat.

Limitat Soto hanc sententiam duobus modis: primo quando notum crimen iudicium est alterius, vt si quis infamatus esset, conuictusque de adulterio, & adulteræ coniux reperitur in suo lecto necatus, interrogari posset an reus esset talis homicidij. Secundus casus est, quando vnum crimen alterius est circumstantia, vt qui de consuetudine cum puella coniuicatur, iure interrogatur an ipsam deflorauerit. Tertio modo limitat Emanuel Rodrig. in delictis eiusdem speciei, nempe, vt confessus furtum possit interrogari an alia furta commiserit, & sic de similibus. Hoc tamen

tamen verum intelligunt, & locum habere putant Nauar. & Rodriguez præcitati, quando ille ex infamia, vel ex infamatione clamorosa crederetur frequens in eodem peccato, seu crimine, vt in famoso latrone. Quia si de vno crimine tantum sit suspensus & conuictus, minimè poterit de alio etiam eiusdem speciei interrogari cum omnino sit occultum, nec infamia labore, aut indicio alterius de quo rogatur criminis. Quod probonon enim sufficit in proposito de quo agimus illa generalis præsumptio, quod semel malus præsumatur malus in eodem genere mali, cum ad hoc vt possit quis interrogari de aliquo crimine requiratur vnum de tribus, aut diffamatio in specie illius delicti, vel quod adint indicia sufficientia contra eum eiusdem delicti, vel semiplena probatio vnius telis omni exceptione maioris, vt supra resoluimus, quest. 1.

Limitatur etiam prædicta communis sententia in casibus exceptis, vt prædiximus vbi supra, & latè resoluit eos enuinctans Farinac. vbi supra.

S V M M A R I V M.

1 Inquisitio criminalis an prescribatur spatio 20. annorum, sicut accusatio? & numeris sequentibus. Et omnes actiones civiles, quæ ex crimine descendunt, quo tempore durent, 3. vbi & numeris sequentibus, quando incipit currere prædicta prescriptio quoad iudicem? Et an ea completa possit index alia masculina non prescripta agguarare, & maiori pena punire? num. 71.

An sicut accusatio criminalis, ita etiam Inquisitio prescribatur spatio 20. annorum.

Q V Æ S T I O XIV.

V E R O denique, an sicut accusatio criminalis, (hoc est) ius accusandi, prescribatur spatio viginti annorum, vt in l. querelam, C. de fals. communis secundum Abb. in c. cum haberet, num. 4. de eo qui duxit in matrimonium quam poluit per adult. Anton. Gomez in l. 76. Taur. n. 5. & Iul. Clar. qui alios allegat in pract. crimin. quest. 51. in princ. vbi quod ita in facti contingentia obtentum fuit in praxi reis in pace dimissis: est etiam communis vt plurimos citans testatur Farinac. in suis questionibus crimin. in 1. part. quest. 10. de Inquisitione, num. 1. vbi numeris sequentibus plurius modis eam ampliat & limitat, & vltra eum latè idem probat Ant. Theaur. decij. Pedemont. 208. in princ. & per totam: ita vt etiam index ex officio non possit de ipso delicto post huiusmodi tempus viginti annorum inquirere, vel procedere.

In qua questione gloss. l. 1. in d. l. querelam sub verbo forte, tenet quod non prescribatur officium iudicis inquirentis, nisi spatio triginta ann. Sed verius est, & communiter Doctores fixo pede tenent contrarium: imò quod officium iudicis inquirentis prescribatur quoque dicto spatio viginti annorum reprobata communiter glossa contrariis, secundum Iul. in l. 1. n. 8. in fin. ff. de Praxis Criminalis.

iusi d. omn. iudic. & hanc opinionem contra glossam illam testatur communem plures alios citans & eam sequutus Iul. Clar. vbi supra, in vers. & hac omnia, & Farinac. vbi supra, n. 3. & num. 26. & q. 1. num. 68. est communis secundum Anton. Theaur. vbi supra, num. 1. quia cum Inquisitio procedit loco accusationis merito vt sublato iure accusandi censetur etiam sublato ius inquirendi. Et in hoc omnes concordant, vt inquit Angel. de Castro inter consil. criminal. diuersi. Dist. consil. 94. n. 16. lib. 1. relatus per Clarum vbi supra, vbi quod licet criminalis actio, vel Inquisitio prescribatur spatio 20. ann. nihilominus omnes actiones ciuiles, quæ ex crimine descendunt durant vsque ad 30. annos, secundum communem ex Igneo in l. cognitione, n. 185. ff. ad Syllan. quam etiam refert & sequitur Farinac. d. q. 10. num. 34. vbi eam ampliat, vt ibi per eum. Quod si terminus ab statuto præfiguratur iudicibus ad inquirendum, dubitari maxime solet an incipiat currere à die commissi delicti, an à die scientie? Bartol. namque in l. eum, qui, §. in popularibus, circa fin. ff. de iniur. tenet quod non currat nisi à die scientie, & inquit Augult. ad Angel. de malef. in verbo, inchoata, &c. quod iste passus est valde dubius, cum DD. ipsimet varient, quia in vno loco vnum dicunt, & ipsimet in alio loco contrarium dicunt, & quod vidit doctissimos aduocatos multum magnificentes & exclamantes illam Bart. doctrinam, eamque dicit communem Natta consil. 215. num. 2. Nihilominus tamen contraria opinio est magis communis, scilicet, vt currat statim à die commissi delicti, secundum Alexand. in d. 4. §. in popularibus, num. 12. quem refert Carol. Ruyn. consil. 27. post num. 6. vers. 2. istud, lib. 4. Hippolyt. in pract. crimin. §. constante, num. 85. & sequenti, & consil. 87. num. 15. quos in hoc citat idem sequutus Clar. d. quest. 51. vers. sed quero, quia regulariter omnes prescriptiones currunt ignorantiam, vt per ipsum lib. 7. §. prescriptio.

Pro qua quidem communi sententia facit altera communis & vera Baldi, & Salic. in l. fin. Cod. de del. & aliorum communiter, que habet quod tempus 20. ann. quo prescribuntur delicta publica & priuata non à die scientie accusatoris, seu fisci, sed commissi delicti currit. Quæ est communis, & magis communis sententia, vt ex plurimis quos ad hoc citat & congerit testatur Farinac. d. quest. 10. num. 12. vbi quod procedit nedum de iure communi, sed etiam in prescriptione statutaria, secundum Bart. Tege. in pract. crim. part. 16. num. 47. Boff. in rit. quomodo proced. per action. in delict. num. 22 & 24. & Clar. d. q. 51. vers. sed quero si statutum, & alios ferè omnes, qui generaliter vtroque casu loquuntur. Quam limitat Garfias consil. crimin. diuersi. 124. num. 18. vt procedat quando delictum est taliter occultum & clam commissum, taliterque ignoratur, quod nihilominus facilius per generalem & diligentem Inquisitionem Curie, siue accusatoris potuisset in notitiam Curie deuenire: quia tunc si tale delictum non deuenit in notitiam, ac ignoretur, currit prescriptio etiam ignorantiam: quia imputet sibi Curia & accusator quod noluerit facere diligentiam inquirendi, quod licet occultum erat, poterat tamen patefieri per diligentem Inquisitionem. Sed si delictum erat taliter occultum, quod per quamcumque diligentem investigationem non poterat de eo noticia haberi, tunc cum nihil sit, quod possit fisco, seu accusatori imputari prescriptio minimè curet à die delicti, sed scientie.

Quam limitationem pro tunc credidit esse vnam Farinac. *ubi supra num. 13.* mihi nimis videtur ea restringere præcedentem communem sententiam, quæ indistinctè tenet quod prædiximus: ideo nescio an sit vera, nec tenenda prædicta limitatio, sed potius credo tenendam esse indistinctè communem: quia si toto tempore 20. ann. delictum fuit occultissimum, nec in eo fuit proposita querela, siue accusatio partis, nec aliquis index ex officio processit, quare reus post 20. annos debet molestari super eo?

7. Obseruandum est tamen, quod secundum nonnullos ex maleficiis, de quibus obstante cursu temporis non potest cognosci, nihilominus poterit index alia maleficia, de quibus cognoscere potest aggregare, & maiori poena punire: communis secundum Ias. in *l. si idem cum eodem. ff. de iur. omnium iudic.* quem ad hoc refert Villalpand. in *repetitione. l. 2. cap. 8. post num. 4. tit. 1. part. 7.* & ita communitè tenetur secundum Nellum de *banniti in 2. part. primi temp. quest. 6.* vbi dicit quod ita communitè tenetur per assessores, quamuis de iure id fieri non possit: & quod rectores illud seruant in animam suarum perniciem, vt refert Clar. *ubi supra in vers. vnum tamen, & prius quest. 39. in vers. pro complemento.* Sed ego id non obseruarem, nec consulerem obseruandum: quandoquidem præscriptio viginti annorum, omnino sublata est ius inquirendi, & puniendi prius delictum tam principaliter, quam accumulatiue, & aggregatiue aliorum.

## S V M M A R I V M.

1. Inquisitionis requisita, vt instè fieri possit.
2. Inquisitionis locus & tempus requiritur. Declaratur & ampliatur, num. 3. cum sequentibus, limitatur pluribus modis, num. 4. cum seqq.
16. Inquisitio debet fieri à iudice competente, aliàs erit nulla.
17. Inquisitio formata per iudicem secularem contra Ecclesiasticas personas est nulla, & inualida.
18. Iudices civiles, qui non habent merum imperium non possunt criminaliter inquirere, & quid si incidenter veniat causa criminalis, & non principaliter? num. 19. Et quid è conuerso, num. 20.
21. Inquisitio super vulnere an valeat, si ex eo contingat mors, vel si necessaria alia inquisitio? Limitatur pars affirmatiua tribus modis vt hic, & num. 22. & 23.

## Ad Inquisitionem que requirantur.

## Q V Æ S T I O X V.

1. **Q**UÆRO etiam quæ requirantur ad hoc, vt index rectè inquirere possit, & sit Inquisitio specificæ & certæ? Et plura requiri constat ex supra resolutis questionibus præcedentibus: vltra quæ etiam requiritur quod Inquisitio sit certa, & clara, continens in se omnes delicti qualitates & circumstantias, taliter quod reo defensio non tollatur: & ideo Inquisitio obscura, generalis, & incerta minimè valet, *l. libellorum,*

*ff. de accusat. & tradit late post alios quos refert Farinac. in sua questionibus crimin. 1. part. quest. 1. de Inquisitione, num. 11. per totum, vbi num. 12. hoc ampliatur in tantum esse verum, vt requiratur quod in Inquisitione exprimat locus & tempus, pura annus & mensis commissi delicti, aliàs erit nulla & inepta, *l. libellorum, ff. de accusat. & in cap. fin. §. libellorum, 2. quest. 8.* Quæ iura licet loquantur in libello accusationis, idem tamen est in libello, seu capite processus Inquisitionis, quia Inquisitio succedit loco accusationis, *l. penultima, ff. de public. iudic. l. congruit, ff. de officio presid. & solemnitates requisitæ in accusatione (excepta subscriptione ad poenam talionis, quæ tamen & hodie non est in vtu) requiruntur etiam in Inquisitione, iuxta glossam, & Doctores in *l. ea quidem, Cod. de accusat. Bart. in *l. 2. §. si publico. col. 4. num. 2. ff. de adult.* vbi in terminis tenet quod in Inquisitio requiritur expressio temporis: cuius dictum communitè teneri dixit Præpositus in *l. de accusationibus, 2. quest. 8. col. 25.* proxi cum refert Follet. in *practic. crimin. Canonica, in verba, aut Inquisitione formata, cap. 6. sub num. 39.* & communem dicit Bossius in *tit. de Inquisitione, n. 90. & 91.* & per totum mundum de consuetudine seruari dixit Angel. in *l. ea quidem, num. 3. Cod. de accusat.* quos & alios refert & sequitur Iulius Clarus in *practic. crimin. quest. 31. in vers. quod de anno presentis, vbi quod in practica hæc conclusio non habeat aliquam difficultatem, eandem plures alios referens sequitur, & communem dicit Farinac. *ubi supra num. 12. & numeris sequentibus* 3. hoc ampliatur, vt procedat etiam in falsitate & peritio commissio per testem falsum deponentem: tunc namque exprimendus est locus & tempus in Inquisitione, secus in falsitate commissa à notario, seu alio, iuxta communem opinionem plurimorum, quam ibi probat num. 13. aduersus Bossium, & alios. Item num. 14. quod procedat etiam in Inquisitione formata contra mandantem, qua si sequutum fuerit delictum exprimi debet locus & tempus non mandati, sed sequuti delicti, vt per Barr. & alios, quos ibi refert: & num. 15. cum communi ampliatur vt in Inquisitione sit exprimendus locus & tempus, etiam parte non opponente, & quod aliàs erit ipso iure nulla Inquisitio.****

Limitatur tamen pluribus modis hæc prima 4. ampliatio, Primò, vt non procedat in Inquisitione generali, in qua non est necessaria expressio loci & temporis, vt tenent plures Doctores, quos refert, & sequitur ibi Farinac. n. 16.

Limitatur secundò stante litatio derogante 5. limitatiuibus iuris positiuis, vt per ipsum Farinac. ibi num. 17.

Limitatur tertio, secundum ipsum ibi plures 6. alios allegantem, vt procedat in delictis, quæ temporis momento committuntur: secus in his, quæ habent tractum successiuum, & in quibus locus, & tempus est incertus & indeterminatus.

Limitatur quarto, vt non sit necessaria expressio dici, nec horæ, textus expressus in *l. libellorum, & ibi glossa, Bartol. Alberic. & communiter Doctores, & in *l. penultima, vbi pariter Doctores communitè C. de accusat. secundum Anton. Gomez 3. tom. variat. in tit. qualiter formetur accusat. num. 4. in fin. Bossium de Inquisitione, n. 19. in fin. & Gigant. de crimine lese Maiestatis lib. 1. tit. qualiter in crimin. lese Maiestatis proced. q. 3. num. 2. & Farinac. *ubi supra num. 18. vbi numeris sequentibus*, aliquibus modis sublimitat hanc quartam**

## Ad Inquisitionem, &amp;c. Quæst. XV. 43

quartam limitationem, & num. 30. agit, quid si in Inquisitione apponatur dies commissi delicti, an debeat sequi condemnatio, si eo die appositio non fuerit probatum.

8. Ampliatur secundò, & principaliter prima conclusio huius primi requisiti expressiois qualitatium, & circumstantiarum in Inquisitione: quod si vna qualitas exprimat, & non probetur (puta, sit Inquisitio de vulnere cum cicatrice, probatur vulnus, sed non cicatrix) sequi non possit condemnatio pro vulnere tantum, nec reus isto casu condemnandus, sed absolvendus sit, nisi pendente iudicio fiat detractio illius qualitates, textus in *l. in delictis, §. si detracta, ff. de noxalib. & ibi Bartol. & Doctores, Clar. in *practic. crimin. quest. 66. in vers. sed quid si pro parte, & plurimos referens Farinac. d. quest. 1. num. 23. vbi quod & si alij contrarium probent, ipse tamen discedere non audeat ab opinione primo loco relata, & que non solum communis est, sed & magis communis, vt testantur Rom. Anton. Gomez, Marfil. Cornæus, Hippolyt. R. imin. & eam sequuntur Seraph. de Seraph. & Ofascus ibi ab eo relati.**

9. Sed nihilominus contraria sententiâ, & sic secunda aduersus communem in his Regnis, potissimum in quibus secundum veritatem iudicandum est, verior est & tenenda in iudicando, & consulendo, si quidem de vtroque fuit accusatus reus. Vnde si vnum tantum probetur, super eo sequi potest & debet condemnatio in illo eodemque iudicio, & de alio absolutio, etiam si pendente iudicio non fuerit detractio facta illius qualitates non probatæ, quia de veritate facti constat, & vt lites suppententur, præcipue appositæ clausula illa salutifera in libellis, communitè apponi solita, *super quo, vel quibus omnibus peto mihi iustitiam ministrari*; multoque melius si illa quoque adderetur, non me adstringens ad probationem superfluam: vel si diceretur, *anida delecta mi relatione por verdadera la parte que basta, aut quid simile.* Sicque vidi semper in praxi obseruari in criminalibus, vt sententia feratur *pro la culpa que del proceso resulta*; licet in aliis probatio deficiat, cum super cæteris in accusatione, vel Inquisitione deductis, culpa contra reum probetur. Et ita merito hanc secundam sententiam probantur quamplures, quos refert & sequitur Anton. Gomez in *3. tom. variat. resolut. in tit. qualiter formetur accusat. num. 7. & Blanchus in *practic. crimin. §. viti iudicis, num. 76. cum sequentibus, fol. 50. & alij relati per Ioan. Marfil. Monticell. in sua practica reg. 1. sub n. 62. in vers. contrarium tamen.**

Et recenta hæc secunda, & veriori sententiâ, ex ea cessant & non sunt necessariæ pleræque illationes, quas ex contraria communi deduxerat Farinac. *ubi supra num. 24. cum sequentibus*: imò constat de veritate, & præcisa obligatione tenendi & obseruandi præfatam nostram secundam sententiam ex late adductis inferius per d. Farinac. *d. quest. 1. num. 32. cum sequentibus*, vbi cum communibus & receptis nostrorum traditionibus limitat communem supra dictam contrariam sententiam, quam ipse sequitur, & nos obuium probando secundam. Primò, quando in Inquisitione adesset clausula, *super quibus omnibus, & singulis, & annexis petis sibi ius & iustitiam ministrari*; operatur enim hæc clausula, vt etiam non probata qualitate in Inquisitione deducta sequi possit condemnatio, quia isto casu inquirens non se adtingit ad omnia, sed inquiret de

singulis. Quæ clausula, vel æquipollens communiter apponi consuevit in libellis, igitur, &c.

Secundò limitat præfatam communem sententiam Farinac. *ubi supra num. 35. quando procederet sola facti veritate inspecta, vt tenent quam plures Doctores quos ibi refert, inter quos Ant. Gomez *ubi supra, n. 6. & in fin. & alios.* Sed in his Regnis hoc modo procedi mandatur eius libellis igitur, &c.*

Tertio igitur Farinac. *num. 34. idem esse quando in libello adesset clausula, omni meliori modo, &c. vt cum omni ibi probat.* Sed hæc etiam clausula communiter adici consuevit in libellis, ergo.

Limitat præterea Farinac. *num. 36. quando in Inquisitione adesset clausula non se adstringens, &c. vt diximus supra, & tenet Barr. in *l. D. Adria-bus, col. fin. ff. de acquir. hered. Anton. Gomez d. num. 6. versic. 2. limita. Clar. in *practic. crimin. g. 12. in versic. sed quid si accusator in fin. & alij relati ab eisdem.***

Limitat etiam Farinac. *num. 35. in vers. limita 5. 14* vt non procedat quando delictum probaretur ex confessione rei.

Tandem limitat *num. 38. cum sequenti, vt quid-15* quid sit de iure, hodie de consuetudine contrarium seruetur secundum quam sequitur condemnatio etiam non probata qualitate in Inquisitione deducta, de qua consuetudine testes sumus, nec non & prius alij grauiores & antiquiores practici, quos ibi citat Farinac. à quibus nullo modo recedendum est in practica, licet adhuc Farinac. *ubi supra*, contendat quod prædicti Doctores de consuetudine testantes fundant se in præallegatis clausulis, & non simpliciter in consuetudine: ideoque vbi in Inquisitione tales clausulæ non adessent consuetudo cessaret, & hanc putat meram veritatem, cum qua nouissime inquit concordare Hippolyt. R. imin. *conf. 349. n. 5. lib. 3.* Sed nihilominus tenet quod prædiximus, præcipue in his Regnis Hispania, in quibus proceditur sola facti veritate inspecta, vt in *lib. 10. tit. 17. lib. 4. non. collect. reg. ibi: Anst. en las pleytos ciuiles, como criminales, & ibi: Seyendo hallada y probada la verdad del fecho por el processo.*

Requiritur etiam quod Inquisitio formetur à 16 iudice competenti, aliàs erit nulla, Angel. de *males. in verbo, hæc est quadam Inquisitio, in versiculo, quarto principaliter requiritur, Marant. de ordin. iudic. part. 6. num. 102. & late Ofascus, *conf. 64. num. 7. Bossius tit. de Inquisitione, num. 6. & Farinac. d. quest. 1. de Inquisitione, num. 53. vbi numeris sequentibus*, plura hinc inferet. Primò, quod reus, contra quem inquiretur, debet esse suppositus iurisdictioni inquirentis, aut ratione loci, originis, domicilij, vel delicti, *l. 1. Cod. vbi de crimin. agi oport.* aliàs index non potest contra eum inquirere, secundum Angel. *ubi supra, num. 50. Boss. 67. Couart. rub. in *practic. questionibus, cap. 11. num. 6. Ofascus d. conf. 64. num. 7. Farinac. d. quest. num. 54. & declarat latius idem in quest. 7.***

Secundò infertur, quod Inquisitio formata per 17 iudicem secularem contra Ecclesiasticas personas est nulla & inualida, vt cum aliis probat Farinac. *d. quest. 1. num. 55.*

Tertio, idem auctor ibi *num. 56. dicit hinc esse, 18* quod non omnes iudices criminaliter inquirere possunt, sed illi tantum qui meram habent imperium, & propterea civiles iudices, qui causæ criminalis cognitionem non habent, & qui nec cor-

rigere, nec punire possunt, inquirendi potestatem minime habent secundum Doctores, quos ibi citat, & num. 57. hoc limitat eam aliis, ut non procedat in causis criminalibus incidentibus in causa civili, coram civili iudice, in quibus si civiles iudices inquirendi & procedendi potestatem habent, ut in casu leg. quier, Cod. de iudic. ubi quod qui principaliter potestatem non habet incidenter eam consequitur. Quae lex procedit in causa incidenti, quae tamen taliter est principaliter connexa, ut sine ea eadem causa principalis diffiniri non possit, alias secus secundum Monachum, lib. 1. de arbit. iudic. quast. 91. num. 9. per l. 1. Cod. de ordin. cogn. & in l. si quis a liberis, s. si vel parens, ff. de liber. agnos. & sequitur Farinac. d. quast. 1. num. 58. qui num. 58. inquit exemplum huius limitationis ponere Doctores in teste falsum deponente coram civili iudice, & ibi cum numeris sequentibus late examinat & declarat, an possit & quando eodem iudice puniri. Sed an e converso, sicut iudex civilis potest de criminali causa coram eo incidenter cognoscere, ita patitur, licet criminales iudices non possint de civilibus causis cognoscere, possint tamen in incidentibus causis civilibus se intromittere ratione connexitatis, nempe ad restitutionem rerum furatarum, seu damnorum & interesse partium simul cum poena delicti & furti criminaliter, agit latissimae declarat Farinac. d. quast. 1. num. 62. cum pluribus sequentibus usque ad num. 68.

21 Requiritur etiam ad Inquisitionem quod superueniente aliqua noua qualitate aggrauante delictum principale in Inquisitione deductum, puta si post Inquisitionem factam de vulnere superueniat mors vulnerati, noua fiat Inquisitio super morte, & homicidio: Inquisitio namque praecedens facta de vulnere euasit, nec ex ea potest sequi condemnatio pro homicidio in poenam mortis: est communis secundum Farinac. qui alios allegat, d. 4. 1. num. 70. ubi in numeris sequentibus limitat tribus modis. Primo, in Inquisitione facta de vulnere mortali, seu illato animo occidendi, in qua etiam morte sequuta potest absque alio processu, seu noua Inquisitione de homicidio & morte sequi condemnatio, & hoc attentio iure communi; secus hodie de consuetudine. Quam distinctionem approbat, & communem dicit Ant. Gomez 3. tom. var. resolut. tit. de homicid. num. 31. Secundo limitat in Inquisitione, in qua adest clausula super dependentibus & connexis, Angel. de malef. in verbo, in platea communi, num. 29. & Boss. de Inquisit. num. 105. 107. & 108. in princip. Limitat & tertio in Inquisitione, in qua iudex expressè protestatur quod intendit etiam super morte inquirere quatenus succedat, & quod in euentum mortis imponet poenam homicidij ordinariam, iuxta communem opinionem Doctorum de qua per Anton. Gomez d. num. 31. prope fin.

SVMARIUM.

- 1 Inquiri an possit contra mandantem, non confitio de mandatario?
- 2 Testis depositio contra mandantem non valet, nisi etiam de mandatario deponat, & n. 3. Et an sufficiat quod de delicto principali constat per iudicia, & praesumptiones? n. 4.

An possit contra mandantem inquiri, non confitio de mandatario.

QUESTIO XVI.

**V**ARO an possit contra mandantem inquiri de mandato, non confitio de mandato, & sic de principali delinquente? Hanc questionem optime absoluit Farinac. in suis quast. crim. in 1. part. de Inquisitione, quast. 3. per totam, ubi inquit omnes, nemine quem viderit discrepante, negatiue respondere per textum, quem nescire est maximum dedecus (teste Boss. in tit. de delict. num. 35.) scilicet, in l. si quis rem la segunda, s. si tu Titium, & Bart. in l. fin. ff. de furt. Et hanc esse communem opinionem plures allegans, & quod ita omnes sequuntur & praedicantur affirmat Farinac. d. quast. 3. num. 1. Et num. 2. & 3. duas rationes a Doctoribus assignatas huius conclusionis refert: & ampliat, ut deponit testis contra mandantem aliquid testificantis non valeat, nisi etiam de mandato deponat, secundum Bald. & alios plures, quos refert. Ampliat etiam num. 4. praedictam regulam negatiuam procedere nedum in mandante, sed etiam in auxiliatore, contra quem pariter de auxilio procedi non poterit, nisi constet de principali delinquente, secundum Bart. in d. s. si tu Titium, & in cons. 181. & alios plures quos ibi refert testantes de communi. Et num. 5. quod debet de delicto principali delinquentis plene constare verè, & certe, non autem per praesumptiones & indicia: adeo quod secundum communem sententiam plurimorum, quos ibi refert, non sufficiat ac hoc facta confessio per contumaciam, vigore statu volentis contumacem haberi pro confessio. Ipse tamen Farinac. rectius, & pluribus probat ibi contrarium tam attentio iure communi, quam practica communi omnium tribunalium Romae; imò quod sufficiat constare de mandato & principali delinquente per indicia, & nominationem ipsius, vel sententiam in contumaciam latam. Et num. 6. cum sequent. duobus modis limitat praesentam communem regulam negatiuam, in quibus omnibus rectè meo iudicio loquitur Farinac. ubi supra, ideoque eum sequor nihil aliud addens.

SVMARIUM.

- 1 Sortilegium quid sit? & de aliis in materia, & de Astrologia, & numeris seqq.
- 5 Sortilegiorum species multae, & diuersae sunt, secundum diuersas hominum professiones & formas.
- 6 Sortilegiorum duplex est professio, tacita scilicet, & expressa, ut hic.
- 7 Sortilegiorum, quaedam sunt quae sapienter manifestam haeresim, & puniuntur poena haeresis, quaedam vero quae haeresim non sapienter manifestam, & haec alius poenis puniuntur, ut hic.
- 8 Sortilegij crimen in secunda specie manifestam haeresim non sapiens est mixti fori.
- 9 Sortilegia hereticalia quae dicantur, & quae non hereticalia? num. 10. & 11.
- 12 Astrologi quando dicantur & puniantur ut haeretici.

- 13 Chiramantici qui dicantur, & quando puniantur?
- 14 Astrologia vbi quando sit licitum? & num. 15. 16. & 17.
- 18 Astrologia contra exercentes adest Bulla Sixti V. Pontifici maximi, de qua hic.

De Sortilegio quid sit, & de aliis in materia, & de Astrologis.

In l. 5. tit. lib. 8. nou. collect. Reg.

QUESTIO XVII.

**V**ARO circa l. 5. tit. 1. hoc lib. 8. nou. collect. Reg. qua cauetur, que los aduinos y sorteros, y los que usan de Astrologia, y aquellos que los creen deuen ser repudados por hereges, y manda a las justicias Reales que de su officio hagan pesquisa sobre ello, y que sean castigados segun se contiene en las leyes de las siete partidas, &c.

2 Quid sit sortilegium? In quo dicemus, quod sortilegium in genere sumptam, & vt comprehendit omnes sortilegiorum species, duplici modo potest describi. Primo, quod sit superstitio quaedam illusoria, & summe noxia, qua vitatur homo daemones ministerio, vt patet ex c. in summa 26. quast. 5. & ex cap. qui sine Saluatore, 26. quastione 2. & ex cap. 1. & 2. de sortileg. & ex l. nemo, & leg. multi, Cod. de malef. & mathemat. & ex Diuo Thoma 2. a. quast. 95. artic. 4. tit. de superst.

3 Secundo sortilegium est, qui diabolicam religionem professus, noxia quaeque superstitiosa, aut elusoria daemones instructione componit. Et hic secundus modus differt a primo potius verbis quam re: ita Prosper. Farinac. in suis quastionibus crimin. 1. p. quast. 20. num. 73.

4 Dicuntur autem large sortilegia omnes Magorum vanae obseruationes, vt ex Plinio, lib. 28. natur. Histor. cap. 4. docet Petrus Gregorius lib. 3. syntagm. cap. 1. num. 11. Et in hac larga significatione comprehenduntur los aduinos, bruxos, hechizeros, y encantadores, & si qui sunt alij, qui cum daemone, aut tacitam, aut expressam locutionem habent, vt inquit Don Ioan Vela in suo tractat. de poen. delict. cap. 34. de sortilegij poena, de quibus plura tradentes allegant Diuum Thomam ubi supra, artic. 8. Syluestr. in in summa, versiculo superstitio, quastione 9. Abb. in cap. 1. & fin. de sortileg. Alphons. a Castro, lib. 1. de iust. haeres. punir. cap. 13. Paul. Ghirland. in tract. de sortileg. Simanc. de institutionibus Catholicis. tit. 61. & 63. Plaça de delict. cap. 20. Menochium de arbit. casu 388. & Petrus Gregorius ubi supra, omnino videndum, & D. Paz in sua practica, tom. 8. part. cap. 1. num. 12. Bernard. Diaz in sua practica crimin. in Canonica, cap. 107. & ibi eius additio. Clar. s. haeresis, num. 25. Aniles in cap. 53. prator. verbo, aduinos, Auend. de exequenda. mand. reg. 2. part. cap. 32. Didacum Perez in l. 9. tit. 1. lib. 8. ordi. auent. Sed ego omnium optime de hac re agentem allego nouissimum Farinac. ubi supra, cum pluribus, numeris sequentibus, a quo non verebor pleraque meliora decerpere, vt doctissimo interprete & magno practico.

5 Sortilegiorum autem species multae ac diuersae sunt, secundum diuersas hominum professiones

nes & formas. Principales vero ac magistrales, & ad quas ceterae aliae tanquam subalternae reducuntur, sunt tres secundum Paulum Ghirland. ubi supra, quastione 2. num. 1. cum sequentibus, Diuina, Amatoria, & Venefica. Diuina est illa, per quam sortilegi futura quaedam praesentia, vel praeterita nobis ignorata vaticinari conantur, de quibus fit mentio in canon oportet, 26. quast. 5. & in cap. sortilegi, 26. quast. 1. & in l. nemo, Cod. de malef. & mathemat. Amatoria species sortilegij, est illud, quod fit propter amorem libidinosum, & vt plurimum ad seducendum animos pudicos ad libidinem tam mulierum quam virorum, de quibus alia lata loquuntur. Venefica autem seu malefica sortilegia, quae ceteris aliis perniciosiora reputantur, sunt illa, per quae diuersae fabricantur infirmitates, morbi & calamitates in humanis, ac brutorum corporibus, ex quibus vel mors statim causatur, vel corpus maleficiari paulatim conteritur, virtus debilitatur, & post longas & lucuosas querelas, & lacrymales fletus tandem perit & consumitur, vt late profertur Farin. ubi supra, n. 74. & 75. & ante eum late de his agens Azueed, in hac l. 5. num. 18. cum seqq.

Sortilegiorum praeterea duplex est professio, 6 Tacita, scilicet, & Expressa. Sortilegi enim proficentes Deum Saluatorem relinquunt illius nomen, Baptisimum, & reliqua Sacramenta Ecclesiae abnegant, daemones adhaerent, eidem perpetuam obedientiam spontanea voluntate promittunt, addito etiam iuramento & homagio. Et quando haec promissio per hos sortilegos fit daemones ipsi, vel solemniter & publice, tempore, quo idem daemones in maiestatis suae, vel potius tempestatibus folio resedens more Principis coadunari fecit vniuersalem congregationem strigorum, maleficorum, necromantium, & cuiuscumque generis sortilegiorum, certis nocturnis horis, locis & temporibus, de quibus per Ghirland. in tractat. de sortileg. quastione 3. numero 3. & latius quastione 7. per totam, praetertim numero 28 & 29. vel etiam priuate ipsi daemones solum absque illa vniuersali sortilegiorum congregatione, & strigorum multitudine, tunc proprie dicitur facta expressa professio. Quando vero haec promissio non ipsimet daemones facta est, sed alicui tertio sortilego magistro hanc promissionem nomine daemones recipienti, tunc non expressa, sed tacita solum dicitur facta professio. Et vtroque casu dicitur contracta amicitia, vel potius pestifera quaedam societas inter sortilegum & ipsum daemones, qui e contra suo vassallo subito & sortilego ipsam illudendo & decipiendo promittit, quod in polteram semper se facilem reddet in obsequendo illius appetitui & voluntati, quod multa mirabilia eius medio in vita sua in mundo conficiet, thesauros inueniet, de suis inimicis vindictam sumet, praesentia, futura, praeterita dignoscet, cuiusvis pulchrae mulieris amore quo captus fuerit fruetur, dummodo fide Christi abnegata ipsum adoret. Et ij, qui sunt de expressa professione, sunt multo chatiores & dilectiores daemones, quam illi qui sunt in tacita professione: nihil enim expressè professi sortilegi petant a daemone, quod ab eo denegeret si facere potest, & si petunt ea, quae facere non potest, fingit se illa facere, & per multas illusiones eos decipit, sortilegiaque & maleficia constricta ab illis sortilegis expressè professis sunt multo grauiora

& atrociora iis, quæ construantur à sortilegis taci-  
 citæ professionis, qui licet etiam ipsi sua exer-  
 ceant maleficia, demonis ministerio, nihilomi-  
 nus non habent eandem vim & potestatem,  
 sicut ij qui sunt expressè professi, ita hæc om-  
 nia ponit & declarat Ghilland, *dicitur quæstio-  
 ne 3. num. 6. & 11. & refert Fatnac. prima par-  
 te, de delict. & pœn. quæstione vigesima, num. 77.  
 & 78. nec non & Azeued. in dicta leg. 5. num. 23.  
 cum sequentibus, ubi numero vigesimo sexto, quod  
 illi iudicantur habere pactum cum dæmone, qui  
 defunctorum animas euocant, & qui excitant  
 pœtos, & dæmones familiares circumferunt &  
 qui (vt dicitur) spiritus pascunt in vitro, per  
 quos fe prophetate mentiuntur, & qui illu-  
 siones & phantasmata edunt, & miracula quædam  
 circulariter artibus ludunt, secundum Siman-  
 cas de institutione Catholicæ. titul. 63. numero vige-  
 simo nono.*

7 Sortilegiorum præterea quedam sunt, quæ  
 sapient manifestam hæresim & puniuntur pena  
 hæreticis; quænam vero, quæ hæresim non  
 sapient manifestam, & hæc aliis pœnis puni-  
 untur, vt notant Paulus Ghilllandus *ubi su-  
 præ, quæstione 11. Simancas dicto titul. 63. Didac-  
 cus à Perez ubi supra, & ab ipsi Inquisitoribus  
 in priori specie, vt docet Abbas in capite 1. de  
 sortileg. Simancas & Didacus Perez ubi supra,  
 quos refert & sequitur Don Ioan. Vela ubi su-  
 præ, dicto capite 34. in versiculo, huius autem,  
 idem tenet Azeuedo in hac leg. 5. num. 13. ubi  
 quod in hoc omnes concordant, & iterum sub  
 num. 44. in versiculo deuen ser reputados por he-  
 reges, ubi etiam & num. 46. idem probat quoad  
 credentes prædictis sortilegis, diuinatoribus,  
 auguribus, & Astrologis hæresim sapientibus,  
 quoties iste talis credens credit abique dubio  
 supradictos vera dicere, & ab eis prædicta esse  
 omnino euentura, vel euenisse: nam tunc vt  
 hæretici essent tales credentes eis reputandi.  
 In secundo vero prædicto casu iurisdicção non  
 spectat ad Inquisitores, sed ad Ordinarium,  
 qui in hoc crimine potest esse tam secularis  
 quam Ecclesiasticus, secundum Iulium Clarum  
 lib. 3. recept. sentent. §. hæresis, in versiculo, succel-  
 sine quero. ¶ Crimen namque sortilegij in hac  
 secunda specie est mixti fori, ita vt vtrique  
 iudex possit procedere, vt tenuit Abbas in cap. 1.  
 numero tertio & quarto, de sortileg. Aniles cap. 53.  
 præter. in glossa (castiguen) numero primo, commu-  
 nis secundum Auendañ. secunda parte, dicto c. 32.  
 numero primo, quem refert & sequitur Clarus  
 ubi supra, dicens notandum, quia in Parlamento  
 Francia fuit super hoc diuersimodè indicatum,  
 vt refert Pappo lib. 22. artic. 3. Arrefo 1. & 2. &  
 quod sit mixti fori hoc crimen, & sit locus  
 præuentioni inter Ecclesiasticum iudicem & se-  
 cularatem tenet etiam D. Azeued. in dicta lege 5.  
 num. 51.*

9 Illa autem sortilegia dicuntur hæreticalia,  
 quando in illis imploratur auxilium dæmonis  
 ad cognoscendum & faciendum ea, quæ de  
 sui natura scire, aut facere ipse dæmon non  
 potest, cum summus Deus omnium creator il-  
 la sibi in priuilegio referauerit, nullique  
 alteri creaturæ etiam Anglicæ concesserit, vt po-  
 tere hominem verum & naturalem creare, vel  
 creaturam in melius, aut deterius reformare, aut  
 in aliam speciem commutare, vt habetur Gen-  
 nel. cap. 1. & 5. D. Thom. in prima parte, tractat.  
 quæstionum in titulo de potent. gener. & de crea-  
 tur. quæstione 2. artic. 6. & quæstione 3. artic. 1. 1.

4. Item mortuum resuscitare, ita vt verè &  
 naturaliter viuat, sicut fuit resuscitatus Laza-  
 rus, vt habetur Ioann. 2. & sicut etiam fuit sus-  
 citatus filius illius viduæ, dum in feretro duce-  
 batur ad sepulchram, vt habetur Matthæi 18.  
 Item futura scire ex vera & perfecta scientia, vt  
 dicitur Isaias cap. 41. Item cæli motum scire,  
 vt inquit Diuus Thomas in tractat. quæstio-  
 num in prima parte, quæst. 1. artic. 3. & 6. Item se-  
 creta cordis humani cognoscere, cum solus Deus  
 sit percrutator cordium, vt habetur Matthæi  
 cap. 22. In his & similibus casibus, quibus dæmo-  
 ni denegata est potentia, si in sortilegis illius  
 auxilium imploratur, proculdubio sic implorans  
 sortilegus hæreticus est, & pagano deterior  
 qui attribuit creaturæ quod est proprium crea-  
 toris, ita Ghilland. de sortileg. q. 10. num. 1. 2. 6.  
 & 19. Clarus in præf. §. hæresis, versiculo, succel-  
 sine quero, sequitur Fatnac. d. quæst. 20. num. 79.  
 ad fin.

10 Illa vero sortilegia non dicuntur hæretica-  
 lia, in quibus dæmon inuocatur ad faciendum,  
 seu cognoscendum ea, quæ ipse facere & cog-  
 noscere potest (diuina virtute non reprimen-  
 te) provt est homines ad peccata & libidines  
 tentare, vt habetur in Apocalypsi 2. Genel. 3.  
 Matthæi 4. Marc. 1. Lucæ 4. & tradit Diuus Tho-  
 mas secunda secunda, distinctio 95. quæstione 2.  
 in titul. de superstitione. Item naturalium & su-  
 periorum rerum virtutes cognoscere, ex quibus  
 medicamenta mirabilia ad sapandum, & atro-  
 ciora veneficia ad causandas diuersas infirmita-  
 tes confici possunt, vt per eundem Diuum Tho-  
 mam in tractatu quæstionum prima parte, quæstio-  
 ne 5. & eodem lib. quæstione 16. articulo 7. de dæ-  
 mon. Item præsentia, occulta, & præterita scire,  
 & sic furta iam facta reuelare. Ita in his ca-  
 sibus, & similibus, si dæmonis in sortilegis im-  
 ploretur auxilium, non dicitur sortilegus hæ-  
 reticale, quia nihil dæmoni tribuitur quod  
 ipse (Deo non reprimente) agere non valeat, se-  
 cundum glossam, Archidia. & alios in capite  
 accusatus, §. sanè, de hæresis, in 6. Oldrad. con-  
 silio 210. regularis habet traditio in fin. Ghilland.  
 in tractatu de Hæresis, quæstione 10. numero tertio  
 & decimo, Gemin. consilio 54. Matth. de Afflict.  
 super prima parte, constitution. Regni, Rubrica 2.  
 num. 17. Abbas in Rubrica de Hæresis, num. 13.  
 ubi quod propterea aliàs fuit iudicatum in Ro-  
 mana Curia in causa talionis, quæ sunt ex causa  
 amoris non esse Hæreticales, Tiraquell. de pœn.  
 tempera. caus. 4. num. 3. Clarus dicto §. hæresis,  
 sub eodem versiculo, succel sine quero. Tameti  
 Barbat. consilio 55. lib. 1. tenet quod sortilegia,  
 quæ sunt ad sciendum furta commissa, sapient  
 hæresim manifestam: sed eum reprobatur Clarus  
 ubi supra. Ad Barbatij tamen opinionis defen-  
 sionem faciunt eleganter scripta in fratre Bartho-  
 lomeo Spino in Apologia 4. in poncinibus, cum  
 demque tutatur Pegna indirecto, quæst. 2. com-  
 ment. 67. provt eos ad hoc refert Fatnac. ubi supra,  
 num. 80. ad fin.

11 Verum pro declaratione præcedentium ob-  
 seruandum est primo, quod omnia sortilegia,  
 quæ sunt à sortilegis, qui sunt de expressa pro-  
 fessione, de quibus supra, sunt hæreticalia etiam  
 quod in illis dæmon non inuocetur, in his,  
 quæ facere potest. Licet enim isto casu non pos-  
 sint dici hæreticalia respectu operis, dicuntur ta-  
 men hæreticalia respectu operantis, qui cum sit  
 de expressa dæmonis professione, verè & pro-  
 priè dicitur hæreticus, ex quo relicto Deo pro-  
 prio

prio creator dæmonem tanquam vnicum Deum  
 adorat. Inquit namque Oldradus ubi supra, in  
 sortilegis dæmonem inuocari duplici modo, vel  
 per modum imperij & suffragij, vel per modum  
 adorationis, & cultum latric. Primò casu dæ-  
 mon inuocatur à sortilegis tacite professionis,  
 qui nondum penitus se remouerunt à diuino  
 cultu, & Christiana Religione, nec dæmonis  
 cultum per diabolica sacrificia, & adorationes  
 celebrant: & isto casu ad iudicandum an  
 sortilegia sint hæreticalia, necne, attenden-  
 da est distinctio, de qua supra. Secundò casu,  
 scilicet, per modum adorationis, & cultus  
 latricæ dæmon inuocatur à sortilegis expressè  
 professionis, qui expressè abnegarunt Chri-  
 sti fidem, & iterum fe baptizarunt in nomine  
 Beelzebub: & isto casu distinctè omnia sortile-  
 gia ab illis confecta erunt hæreticalia, sequit  
 etiam Geminianus in dicto capite accusa-  
 tus, §. sanè, Paulus Ghilllandus in tractat. de  
 sortileg. quæstione 10. num. 4. 5. 10. 11. & 18.  
 ubi etiam quod indistinctè sunt hæreticalia om-  
 nia sortilegia, in quibus interuenit aliquis hæ-  
 reticus, vel rebaptizatur aliquis pœter, vt per  
 glossam in dicto §. sanè, Clar. loquens in re-  
 baptizazione pœtri in dicto §. hæresis, in versu-  
 culo, sed hic incidenter quero, ubi sic dicit esse  
 peritorum omnium communem sententiam, teste  
 Simancas in tractat. de Hæresis, capite 30.  
 numero 9. refert & sequitur Fatnac. ubi supra,  
 dicta quæstione vigesima, num. 81. & 82. ubi nu-  
 mero 83. & 84. cum sequenti latè agit quid quan-  
 do in sortilegis miscetur hostia sacrata, vel  
 non sacrata, oleum sanctum, aqua, cande-  
 læ, vel rami oliuarum benedicti, pars lapi-  
 dis sacrati, purificatorij calcis, aut alia res  
 sacrata, vel benedicta: & numero 86. quid  
 quando sortilegi in sortilegis imagines cereas  
 vel cratas conficiunt, illaque baptizant sub  
 nomine Beelzebub: deinde vocato dæmonis  
 præsidio, eas vel igni adurunt, vel acu per-  
 forant, vt dolores, tormenta, & ægritudi-  
 nes inferant persona representata per illam  
 imaginem. Et secundum supra resoluta intel-  
 ligenda sunt, & declaranda verba generalia  
 nostræ legis quinta in principio, dum inquit,  
 que los aduinos y sorteros y los que usan de Astro-  
 logia; y aquellos que los creen deuen ser reputa-  
 dos por herejes: distinguendum est enim iuxta su-  
 periora.

¶ Nunc de Astrologis dicemus pro decla-  
 ratione eiusdem legis, de quibus ita resolu-  
 dum est.

12 Astrologi, qui ex signis cælestibus, & astro-  
 rum cursu futura prædicunt, si sic futura præ-  
 dicunt ex certa scientia, quasi quod signa il-  
 la, per quæ futura consèctantur, sint causæ  
 rerum imponentes futuris rebus necessitatem,  
 sunt hæretici, & vt hæretici puniendi sunt:  
 quia futurorum notitia certa, provt est in esse  
 rei, est solius Dei, vt in capite consuluisti, 2.  
 quæstione 4. & in capite sciendum, 26. quæstio-  
 ne 3. Signa autem cælestia non sunt causæ re-  
 rum finales imponentes necessitatem humanis  
 rebus agendis, aut homini; sed sunt signa  
 quædam inclinatia rerum futurarum, secun-  
 dum communiter accidentia per qualdam regu-  
 las & naturas corporum cælestium, quæ mul-  
 totes fallunt, & quibus non subiecitur necessa-  
 rio natura humana, quin possit illas euitare, &  
 vii libet arbitrij potestatem, Abb. in cap. 2. de sor-  
 tileg. & Ioan. Lect. in summa confess. eodem titu-

lo, quæst. 5. Si vero eadem futura ista Astrologi  
 & diuinatores prædicunt demonstratiuè, præ-  
 sumptiuè, seu inclinatiuè, & non per modum nec-  
 cessitatis, tunc non peccant, nec puniuntur, Ab-  
 bas in dicto cap. 2. & optime lateque Paul. Ghir-  
 land. ubi supra, quæstione 11. numero 16. & 22.  
 & in quæstione 1. num. 13. & 14. nec non & Al-  
 phonsi, à Castr. dicto lib. 1. de iusta hæresis. puni-  
 cap. 13. per totum, præcipue in versiculo, ad hunc  
 modum, columna mibi 1125. cum sequenti, &  
 Ignac. Salced. ad Bernard. Diaz de Lug. in præf.  
 crimin. Canonica, cap. 107. versiculo, nec caret,  
 & latè Emanuel Rodriguez in sua Summa 1. tom.  
 cap. 7. de los aduinos y hechizeros, conclusio 1.  
 & Azeued. in præf. leg. 5. num. 38. ad fin. &  
 num. 37. ubi hoc modo concordat opinionones con-  
 trarias, quas ibi latè fundauerat pro vtraque  
 parte, & sequitur Fatnac. dicta quæstione 20.  
 num. 111. ubi num. 112. cum Ghillland. ubi supra, 13  
 eadem distinctio vtitur in Chiromanticis, qui  
 per lineamenta manus futura, vel præterita fe  
 dignoscere profitentur: si enim præterita enar-  
 rant, quæ euentur illi, cuius manus intuentur,  
 isto casu nec peccant, nec puniuntur: si vero  
 prædicunt futura per modum inclinationis, &  
 demonstratiuè, & tunc patitur nec peccant nec  
 puniuntur; secus si per modum necessitatis,  
 quia tunc vt hæretici puniuntur, D. Thom. se-  
 cunda secunda, distinctio 95. quæst. 27. artic. 5. &  
 per Ioan. Lect. ubi supra quæst. 2. 3. & 5. & Fati-  
 nac. dicta quæstione 20. numero 112. Sed culpam  
 esse vri arte Chiromantia ad effectum di-  
 uinandi, quia est ars prohibita, dicunt plures  
 auctores, & constat ex Catalogo librorum pro-  
 hibitorum per Sanctum Officium Inquisitionis,  
 quos refert & sequitur Emanuel Rodriguez ubi  
 supra in dicta prima conclusio 2. ubi id limitat  
 cum Alcocer, quando por buelta y passatiempo se  
 miran las rayas de las manos, porque esto es solamente  
 pecado venial.

14 Vti tamen Astrologia, para saber los mouimien-  
 tos de los cielos, planetas, y estrellas, las conyunc-  
 ciones y oposiciones, y otros aspectos, y los eclipsis, y  
 crecimiento de los dias, y todas las otras cosas per-  
 tencientes a la Theorica de la Astrologia, leer, y  
 estudiar estas materias, y usar de los instrumentos  
 necesarios para ellas, licito es, y pronostico, por no  
 auer en estas cosas cosa mala ni superflua, antes  
 aprouecha su conocimiento para conjeturar la bu-  
 nedad, sequedad, frio, calor, esterilidad, y fertili-  
 dad del tiempo, vt ex D. Thom. & aliis colligit  
 & affirmat Emanuel Rodriguez ubi supra conclusio  
 2. & prius probauit Castrò ubi supra, idem  
 dicens de medicis, qui prænuunt de morte, 15  
 aut conualescentia infirmorum. In quibus re-  
 bus aliquando prædicunt vera, aliquando fallunt.  
 Hæc namque prænuuntio non potest dici  
 diuinatio, quia limites naturalis cognitionis non  
 excedit.

16 Sed Emanuel Rodriguez in conclusionibus se-  
 quentibus plura alia in proposito declarat an sint  
 licita, nec ne? Como es por el nacimiento de al-  
 guno conjeturar su pisonomia, estatura, herma-  
 sura, complexion, inclinacion, virtudes, o v-  
 cios, o ciertas artes, habilidad, sanidad, y en-  
 fermedad, porque esto (dize) es licito. Però dezir  
 con certidumbre lo que depende del libre aluedrio,  
 como que fulano serà ladrón, luxurioso, homicida,  
 murmurador, simofnero, humilde, sufrido, templado,  
 amado de los Reyes y Principes, es vanidad, super-  
 ficcion y peccado mortal. T que tam bien lo serà di-  
 uinar por la dicha Astrologia, que fulano morirà  
 moriré

muerte de agua, o de fuego, o en batalla, o en desafío: porque estas cosas, semejantes no dependen de causas naturales, como lo tiene Santo Thomas, y otros.

17 T que ansí mismo es ilícito, y pecado mortal usar de interrogaciones Astrologicas, si parecieran las cosas burradas, y que la arte magica está prohibida, y que los que tienen libros della no han de ser abuelos: hasta que los quemem: y que las mugeres, que usan de oraciones licitas conformes a la Sagrada Escritura, y doctrina de los Santos, no mezclando en ellas algunas palabras vanas, si son honestas, y prudentes, y de buena fama, no pecan. Empero que los confesores las denen avisar que no usen de ellas, si de tal uso toman otras mugeres simples ocasión para las dexar con alguna superstición, como lo tiene Navarro in Man. cap. 11. num. 36. Por las muchas cosas trae allí Fray Manuel Rodriguez, como son del uso de las nominas, quales se pueden traer, y quales no, y en materia de hechizos.

18 Último obseruandum est, quod hodie habemus Bullam Sixti V. Pontificis maximi particulariter editam contra exercentes Astrologia iudiciarie artem, & alia quæcumque diuinationum genera, sub data Romæ die 5. Ianuarij, 1585. Quæ in omnibus est seruanda in casibus occurrentibus, ubi innumeris nifus rationibus & auctoritatibus Sacræ pagine, ac Sanctorum Doctorum, inquit huiusmodi.

Hac perpetua valitura constitutione Apostolica auctoritate statuiimus & mandamus, vt tam contra Astrologos, Mathematicos, & alios quoscumque dicte iudiciarie Astrologia artem (præterquam circa agriculturam, nauigationem, & rem medicam) in posterum exercentes, aut facientes iudicia & naturitates hominum, quibus de futuris contingentibus successibus, fortuitifque casibus, aut actionibus ex humana voluntate dependentibus, aliquid euenturum affirmare audent, etiam si id se non cetero affirmare asserant, aut protulerint, quam contra alios vtriusque sexus, qui supradictas damnatas, vanas, fallaces, & perniciosas diuinandi artes, siue scientias exercent, profiterentur & docent, aut discunt, quive huiusmodi illicitas diuinationes, sortilegia, superstitiones, veneficia, incantationes, ac præmissa dereftanda scelerata & delicta, vt præferrunt, faciunt, aut in eis se quomodolibet intromittunt cuiuscumque dignitatis, gradus, & conditionis existant, tam Episcopi & Prælati superiores, ac alij Ordinarij locorum, quam Inquisitores hæreticæ prauitatis vbique gentium deputati, etiam si in plerisque ex his casibus antea non procedebant, aut procedere non valebant, diligentius inquirant & procedant, atque in eos seuerius Canonice pœnis, & alijs eorum arbitrio animaduertant. Deinde prohibet omnes & singulos libros, opera & tractatus huiusmodi iudiciarie Astrologia, Geomantia, Hydromantia, Aëromantia, Pyromantia, Oenomantia, Chiromantia, Nectomantia, artis magica, aut in quibus sortilegia, veneficia, auguria, auspicia, execrabiles incantationes, ac superstitiones continentur, ac vt in indice librorum prohibitorum ex decreto sacri Concilij generalis Tridentini confecto interdictos sub censuris, & pœnis in eo contentis à quibuscumque Christianis legi, aut quomodolibet retineri, sed illos Episcopis, & ordinarijs locorum, vel Inquisitoribus prædictis præsentari & consignari debere: & quod idem Inquisitores liberè & licitè procedant & pœnis condignis punire & coercere possint contra scienter legentes, aut recitantes libros &

scripta huiusmodi, seu in quibus talia continentur, non obstantibus, &c.

Iuxta igitur hanc Pontificiam decisionem omnia supradicta, & leg. nostra decisio intelligenda, redigenda, ac obseruanda sunt in posterum.

S V M M A R I V M.

1 Sortilegi, Augures, Astrologi, & his credentes, quibus panis puniuntur iure ciuili & Canonico, atque Regio? & numeris sequentibus, ubi per conclusiones proceditur.

Sortilegi, Augures, Astrologi, & his credentes, quibus panis puniuntur.

Q V Æ S T I O XVIII.

VERO circa eandem lib. 5. dum in ea cauetur, que los aduinos, y sorteros, y agoreros, y los que usan de Astrologia, y aquellos que los creen, sean castigados segun se contiene en las leyes de las siete partidas, quibus pœnis hi ferendi sunt? Et quidem iure diuino, ciuili, & Canonico, tam contra clericos, quam laicos curiosos & latissime agit Petrus Gregorius in sua Synagoga iuris diuini, lib. 34. cap. 15. per totum, & de iure ciuili, & Canonico late prius Paulus Ghirlandus de sortileg. q. 11. per totum, Bernard. Diaz de Lug. in sua practica criminali Canonica, cap. 107. & 108. in nouis, Auendañ. 2. parte cap. 32. prator. num. 2. Aviles, cap. 53. prator. in glossa (castiguen) num. 3. Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. centuria 4. casu 388. & Azeued. in digesto leg. 5. num. 47. cum sequentibus, Don Ioan Vela in suo libell. de panis delictis. cap. 14. per totum, & latissime omnium Prosper. Farinac. in suis questionibus crimin. prima parte, quest. 20. num. 80. cum pluribus sequentibus, ubi latissime de hoc agit per 16. conclusiones. Deinde Regio per nostros regnicolas supra citatos, ex quibus tam in iure, quam in praxi deduco sequentes conclusiones magis præcipuas, cætera per ipsos videri poterunt.

Prima conclusio. Sortilegi, qui hæreticalia faciunt sortilegia, cum pro hæreticis habeantur, vt hæretici puniendi sunt indistincte. siue sortilegia sint ad amorem, siue ad præferendum futura, siue ad infirmitates inferendas, Ghirlandus de sortileg. questione 11. num. 1. & num. 16. in principio, & num. 9. Menoch. ubi supra, num. 4. Farinac. 87.

Secunda conclusio. Sortilegi de iure ciuili, cuiuscumque generis sint, & quomodocumque faciant sortilegia, pena mortis naturalis, & bonorum confiscatione puniuntur, leg. nemo, & leg. multi, & leg. & si excepta, & in leg. eorum, Cod. de malefic. & mathem. Ghirland. de sortileg. questione 2. numero decimo, & questione 11. num. 5. 7. 11. 12. & 27. Menoch. ubi supra, numero 5. & Farinac. 88. post Clarum in præf. §. fin. questione 68. versiculo sortilegi, & malefici, & ceteri omnes.

Tertia conclusio. De iure Canonico in foro penitentiali sortilegi confitentes sortilegia non hæreticalia, siue laici, siue clerici sint, & siue sortilegia fiant ad amorem, siue ad præferendum

sciendum præterita, vel præsentia occulta, siue etiam ad venificandum homines, puniuntur penitentia 40. dierum, vt in cap. 1. & ibi omnes, de sortileg. Ghirland. ubi supra questione 11. numer. 2. 6. & 9. Don Ioan Vela ubi supra, post Menoch. dicto casu 388. numer. 6. & 7. ubi etiam quod hodie fortè isto casu pœna erit arbitraria, cum Sacerdotibus omnes penitentia sint arbitraria, & cum eis transit Farinac. ubi supra n. 90. Et hanc tertiam conclusionem probant ceteri omnes.

Quarta conclusio. De iure Canonico, & in foro contentioso clericus, qui bono zelo & simplicitate absque dolo conficit sortilegia non hæreticalia, vt in casu cap. 2. de sortileg. suspenditur à diuinis & ministerio altaris per annum, & vltra iudicis arbitrio secundum facti & facinoris qualitatem & turpitudinem, quo termino elapso statim ipso iure ad pristinam administrationem reuertitur, vt dicto cap. 2. & ibi glossa, verbo visum, Abbas, num. 4. in fin. Ghirland. dicta questione 11. numer. 3. & 4. Menoch. ubi supra numer. 8. & 9. quo casu quando clericus peccat deceptus, vel simplicitate, aut alia simili iusta causa, mitius punitur iudicis arbitrio, Ghirland. questione 14. numer. 3. & questione 17. numer. 4. & 5. Farinac. ubi supra num. 91. 94. & 101. & Don Ioan Vela ubi supra, versic. hodie, Azueued. in d. l. 5. nu. 49. & 51.

Quinta conclusio. De iure Canonico in foro contentioso clericus, qui non bono zelo, sed dolo malo conficit sortilegia non hæreticalia, deponitur ab ordine Sacro, omnibus beneficijs priuatur, & perpetuo in Monasterium includitur, cap. si quis Episcopus, 26. questione 5. & ibi glossa Abbas in d. cap. 2. de sortileg. Ghirland. d. questione 11. numer. 3. 8. & 10. Menoch. ubi supra numer. 10. Berber. in suo viator. sur. rit. de sortileg. num. 11. Farinac. ubi supra, num. 92. & Don Ioan Vela etiam ubi supra, & efficitur infamis, vt in cap. quisquis, 2. questione 8. & antequam deponatur tollatur, in capite devaluatur in modum Ritorum, & eorum vesles ante & retro scinduntur, iuxta textum in cap. de benedicto, 32. questione 1. Foller. in pract. crimin. Canonica cap. 33. num. 49. ubi quod isto casu clericus degradatur, verbaliter scilicet, non autem realiter, vt ibi per eum & sequitur Farinac. ubi supra, numer. 92. & 9. 19. n. 49. & Don Ioan. Vela, ubi supra, ibi vnde textus.

Sexta conclusio. De iure Canonico in foro contentioso laicus conficiens sortilegia non hæreticalia pro prima vice excommunicatur, & ab Ecclesia remouetur, cap. si quis Episcopus, & in c. aliquanti, 26. quest. 5. Si vero monitus iterum in eisdem sortilegijs perseverauerit, si est vilis persona debet publice fustigari, vel mitra dehonestari & ad trirèmes mitti. Si vero sit persona honestior, vel relegatur, vel perpetuo carceri mancipatur, cap. contra idolorum, 29. quest. 5. quem textum sing. dicit Roman. sing. 660. tu seris quod isti, & tenent, Ghirland. d. quest. 10. & 11. n. 4. & 10. Menoch. num. 18. & Farinac. num. 93. ubi supra, Don Ioan de Vela, dicto cap. 34. sub versic. Pontificum, & Azueued. in d. l. 5. n. 12. & 49. ad fin.

Sed hodie tam in clericis quam in laicis pœna sortilegiorum non hæreticalium etiam de iure Canonico erit arbitraria, secundum Abb. dicto cap. 2. de sortileg. quem sequitur Ghirland. d. q. 11. num. 7. in versic. & circa præmissa, & n. 10. in fin. & n. 23. in fin. & n. 26. versic. Abbas tamen, & q. 16. n. 3. in fin. & q. 17. n. 4. cum seqq. Praxis Criminalis.

Sed hoc arbitrium debet regulari in dubio 9 supra dictis, & infra dicendis conclusionibus. Neque vnquam istis sortilegijs est minuenda pœna statuta à Canonibus, nisi adlic aliqua iusta causa, puta vel quod decepti, vel ex simplicitate peccauerint, vt cum alijs probat Farinac. d. q. 10. num. 94.

Sextima conclusio. Licet de iure ciuili non puniantur sortilegi, qui sortilegia exercent ad bonum finem, vtputa ad sanandum ægrotos, maleficiatos, ad soluendum aliorum sortilegiorum facturas, ad incantandum imbres ne nocent segetibus, arboribus, animalibus & similia, vt in l. eorum, §. 1. & ibi notat. Bart. C. de malefic. & mathem. de iure tamen Canonico secus est, quia Ecclesia summo opere abhorret ista remedia sortilega, etiam quod fiant ad effectum recuperandæ sanitatis, cum non liceat inuocare auxilium dæmonis etiam pro mille corporum sanitaribus: quia minus detrimentum est quod pereant mille corpora, quam quod pereat vna anima, vt in capite admovent, 26. questione 7. cap. nec mirum, §. ad hæc autem 26. questione 5. & Diuus Augustinus lib. 10. de ciuitate Dei, cuius verba sunt relata in dicto capite, nec mirum, per Diuum Thomam 2. 2. questione 95. artic. 3. versiculo, dicendum, sequitur alios allegans Farinac. dicta questione 20. num. 95. ubi resolutio propterea istos sortilegos puniendos esse, iuxta supradicta in conclusionibus præcedentibus, nempe 5. & 6.

Hanc conclusionem ampliant quæplures Doctores, quos refert & sequitur Farinac. numer. 96. cum sequentibus, ubi supra, etiam quod sortilegi prædicti in specie dicte conclusionis 7. misceant in illis aliquas sanctas & deuotas orationes Dei, Beate Virginis Mariæ, & Sanctorum, vel etiam si illas eisdem orationes mandauerint dici per ipsum maleficiatum: quia solent isto casu sortilegi aliquando aliqua extranea verba publice, vel secreta dicere, quæ non solum non videntur congruere illis religiosis & deuotis orationibus, sed quæ naturaliter ad illud opus sanitatis non tendunt, nec possunt naturaliter talem effectum operari. Et aliquando etiam adiungunt nomina quedam ignota & characteres, seu alias diuersas effeciationes, quas manifestum est naturaliter efficaciam ad sanitatem habere non posse. Et aliquando etiam mandant deferri ad collum maleficiati aliquas, schedulas, breuia, & ligaturas continentes aliquid extrinsecum, seu extraneum signum, characterem, aut nomen aliquod, quod naturaliter non tendit ad opus illud sanitatis, ad quod finguntur dici per sortilegium illas deuotas orationes. Et sic, cum hæc & similia extranea verba, nomina, signa, characteres, schedula, ligaturæ, & breuia sint de se superstitiosa, nec fieri possint absque suffragio, & instructione diaboli, reddunt propterea totum opus superstitiosum & punibile, vt supra. Vnde cauendum est ab his, & similibus.

Octaua conclusio. Vbiunque ex sortilegijs sequuta est mors maleficiati, tunc proculdubio sortilegus tenetur pœna leg. Cornelia de sicarijs, quia plus est hominem veneno occidere quam ferro necare, l. 1. C. de malefic. & mathem. & idem in terminis probat cum alijs Farinac. dicta quest. 20. num. 102. ubi quod isto casu sortilegus comburendus est, & numer. 103. idem probat, quando in sortilegijs naturalem in viris, ac mulieribus generandi vim sortilegus impedit.